



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Caussæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

eretur, ac reficeret, spectaculo quidem ornatissimo, & instructissimo, quod etiam, vel maxime iuallidos, rusticos, & incultos homines alliciat, & deleat. Quando vero Salomon in hac regie fortunæ opulentia, & omnium deliciarum mollitie, tot exquisitis vestium coloribus radians, ad vnius lilij dignitatem aduertit?

DIFFERENTIA.

Habent quidem manufacta, plerunque egregiam venustatem. Sed tantum à naturali pulchritudine differunt, quantum natura Dei illius præpotentis administra, mortalium manus, vim industriaeque superat. (Et hic excurrere laus potest in differentia naturalis pulchritudinis, & manufactæ.)

CONTRARIA.

Si igitur natura ita infligante flores nigros, infatuos, male olentes detestantur: qua amoris benevolentia lilium amplectemur? quo nihil ad candorem amœnius, nihil ad prosperitatis significationem candidius, ad odorem etiam, quem suavissimum spirat, dulcius quicquam esse potest?

ADIVNCTA.

Accedit ad cæteras lilij virtutes, quod in Francorum sit insignibus: Idque non humano consilio, sed Angeli cælitus deferentis beneficio, quo nihil ad lilij laudem dici potest illustrius. Francia illa, cæterarum gentium Regina, quam HONORIVS tertius, Pontifex, Christi pharetram leætissimis sagittis abundantem appellat, quam Gregorius Magnus tantum cæteris nationibus præstare cenet, quantum Regie dignitatis apex omnibus honoribus antecellit: Francia, inquam, illa lilia ab ipsis penè mundi cunabulis in Moyse candelabro, & Salomonis templo sanctissimis religionibus consecrata, per vniuersum terrarum orbem suavissimi odoris halitu diffudit.

ANTECEDENTIA,

Consequentia.

Ita autem amplexa est, vt Regem Francorum in illa maiestatis sede, & lustris puluinarum (quod vocant) sedentem, sine liliorum insignibus, non magis intueri liceat, quam solè sine luce. Vbiunque Regia Maiestas ius dictura sederit, ibi lilia: vbiunque lilia fulserint, hic Regie maiestatis quosdam radios præsentere dicas.

REPUGNANTIA.

Nec minus repugnat Regem veterari, & calcare lilia, quam Calais adorare, eorumque statuas frangere, detestare laureas, honoris insignia resellere.

CAPITULUM SÆ.

Sive igitur cum esset paruis, & lacteus Hercules Nouerica Iunonis vberibus suppositus, argenteus mammarum humor cælestibus stilliculis depluens, tantum florem produxit, siue natura plenius lux munificentia velificata ediderit, nihil plantis inuenio diuinis.

EFFECTA.

Neque tantum ob speciosam illam maiestatem dico, qua præditum est, sed propter magnas, & vberes, quas in hominum commoditatem deriuat utilitates. Quis enim nescit, quod habet Palladiaz de re rustica? oleum limaum ad morborum remedia, per quam salutare semper extitisse, & cæ.

COMPARATIO MINORVM,

Comparium.

Quid igitur si calthis, ac violis, & huiusmodi floribus tantum tribuimus, quid lilio deberi existimatis? quod ipsum constar longè omnium esse præstantissimum. Nisi quis forte rosam Sapphonis, & Anacreontis veribus decantatam illi parem esse contendat; Huic non multum aduersabor, modò lilium inter flores Regis partes obtinere fateatur, rosam huic veluti Reginam comitem adiungat.

De Locorum delectu.

CAPITULUM XIV.

Placuit hoc specimen subijcere, vt ostenderem, quanta est in locis ad quamlibet questionem tractandam incunctitas, non quod velim, omnes, & isto ordine intrudi. Rectè M. Tullius. Orator locos percurrat omnes, vtetur aptis, non imprudenter ista copia, sed omnia expendat, & seliget. Non enim semper, nec in omnibus causis, ex ijs eadem argumentorum momenta sunt. Iudicium igitur adhibebit, nec inueniet tolum, quod dicat, sed etiam expendat. Nihil enim teracius ingenijs, ijs præsertim, quæ disciplinis

Cicero in
Oratore.

V s exculta

Gregor.
in epistol. ad
Child. Regē.